

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio b
cum fontibus primis

Multos filios Deus fecit. Vnicus filius
Dei emit sibi fratres sanguine suo,
probauit reprobatus, redemit uenditus,
honorauit iniuriatus, uiuificauit occisus.

Multos enim filios Dei fecit unicus Filius
Dei. Emit sibi fratres sanguine suo,
probavit reprobatus, redemit venditus,
honoravit iniuriatus, vivificavit occisus.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 171,
5 (PL 38, col.935).

Venditis rebus nostris nullum
maiis earum precium accipimus quam
nos ipsos quia talibus implicati nostri
non eramus.

Augustinus in sermone.

Venditis enim rebus nostris nullum
maiis earum accipimus pretium quam
nos ipsos, quia talibus implicati nostri
non eramus,
ut rursus nos ipsos pro illa margarita
demus, non quia uel tanto ualet, sed quia
plus dare non possumus.

Augustinus Hipponensis, *Quaestiones*
XVI in Matthaeum, 12 (CCSL 44B, A.
Mutzenbercher ed., p.134, ll.36-39).